Si charadleri *Galacis aphyllae,* a Linnseo prolato, fides habenda eftj duo haec genera quam ma^cime ab invicem diverfa funt. Michauxii, £ui prior plantx nomen impofuit, denominationem retinui 9 donee de vero Galacis chara&ere certiora innotefcant.

## n6. BAEOBOTRYS.

FORST. *char. t.* n. SCHREB. *gen.* 318* LAMARCK *ill. gen. t.* in. Maela. FORSK, *defc.* p. 66. Juss. *gen. p.* 161.

Cal. monophyllus , adnatus » femi - fuperus , quinquedentatus, bafi ftipulis duabus minimis inftrudus. Cor. monopetala, fubcampanulata; tubo brevi, paulo fubcalycis divifura huic infertoj limbo quinquepartito, hiante. Staijn. f.; filamentis breviffimis, paulo fupra bafin tubi infertisj antheris cordacis. Ovar. femiinferumj ftylo fimplici brevi j ftigmate capitato, ftilco levi bipartuo.

tito Bacca ficca, femifupera, unilocularis. Rec. pedicellatum, carnofunu Sem. numerofa» baccata. Alb. carnpfiKn. Emb. . . •

BAEOBOTRYS lanceolata. Tab. 210. fig. 4.

*Baeobotrys fohis lameolatis ferratis.* *VAHL *fymb. hot. 1. p. tg.* WILLD- *fpec. pi. T. 1. P. a. p. 993.* PERSOON *fyu. /. p. 175.*

*Jcon* VAHL 1. c. *t. 6,*

Ex colledione Bankfiana.

PER. Bacca ficca, parva, globofa, femi-inFera, a calyce nempe quinqueden- tato fere ufque ad verticem cum capfula connato vettita, ftylo & lhginate perfiftentibus faftigiata, unilocularis, polyfperma.

R^c. ex axi cnpfulx pedicellatum, globolum, baccatum, 1. carnofum, femina in peripheria pulpa obdudta & arde fibi invicem approximata gerens.

SEM. numerofa, minutula, ovata 1. ovato - oblonga, hinc inde ab adjacenti' bus comprefTa, fufca.

INT. fimplex, membranaceum, tenue, albumini adnatum.

ALB. fejnini confornie, caniofum, fubrufum.

JEMB. . « .

EXPLICATIO FIGURE.

a. a.) Ramulus frugifer. b. B.) Bacca integra. C) Eaiicm longitudmaliter difle&a, cum iitu & fi^ura receptaculi. D.) Ejusdein fedio trapsverfalis, cum Iitu feminum. e. E.) Scmina fcpa- rata.

## 117. HUDSONIA.

LINN. *mant.* p. 11. *gen. ed. Sclireb.* 822. JUSS. *gen. p,* 162.

Cal. moffophyllus, cylindraceo - infundibuliformis hirtus, tripartitus: laciniis concavis, fubinflexis, nonunquam una 1. altera iterum partita. Cor, nulla, nifi calycem vejis. Stam. 14— ig., longicudine fece calycisj filamentis ftcaceis, apice fufiformi- fubulatis, infra ovarium infertis; antheris fubrotun* dis, comprelfis, ereclis. Ovar. fupei'umj ftylo fimplici, longitudme ftami- num; ftigmate obtufo. Capfula ovato - oblonga, unilocularis, trivalvis. Rec. funiculus umbilicalis brevis. Sem. tria, angulata. Alb. carnofum, Emb, . . •

JIUDSONIA ericoides. Tab. 210. fig. f.

*Ericaeforwis fujfnitex virgmlanus, floribtts exiguis, vafculo fembtali obhiigo tri- vanam rlivifo.* PLUKN. *mant. p. 88.*

*Hudfo-*

*Hudfonia.* LINN. *mant. p. 74. Syji. veg. ed. 14. p. 445** WILLD. *fp$c.* ' *pi. T. 2. P. 2. p. 858.* PERSOON *fyn. 2. p. 6.*

*Icon.* BERG. *a&. holm. 1778. p. 28. t. 2. ed. germ. Vol. 40. p.* tf, *U u* LAMARCK *l'//. gen. t. 407.* (figure peflimx.)

Ex colledione Bankfiana.

PER, Capfula minima, ovato - oblonga , intra calycem perfiftentem abfcon- dita, extus fetulis albidis hirta, intus glabra, unilocularis, trivalvis. Valvac membranaceac, tenues, nervo medio notatae.

REC. funiculi umbilicales breves, quorum ope femina bafibus fundo capfulx adherent.

SEM. tria minima, angulata, hinc rotundata, inde ad latera plana cuneaca, bafi truncata & ad partem craifiorem umbilico parvo exferto in funiculum umbilicalem abeunte inftrudla, glabra, ferruginea.

INT. duplex: *exterins* cruftaceum, fragile, tenuej *interim* membranaceum, tenuiilimum, adnacum.

ALB. femini conforme, caruofum, album*

£MB. . . .

EXPLICATIO FIGURffi.

a. *71.)* Ramulus frugifer. b. B.) Calyx integer. C.) Ovariutn, cum flaminibus in fitu. D.) Stamen feparatum, integrum. £.) Fi la men turn absque anthcra. F.) Capfula integra dehifcens. g. G.) Semina feparata 9 funiculo umbili£ali ftipata.

Ne minimum pelatorum vcftigiufrTnec ullumJlfcrum rudimentum in meis exemplis detegere valuij hinc fufpicor, corOTim aut quam maxime effe fugacem f aut nulJam plane adefl? > uti jam pridem ftatuit Linnaeus.

## 113. ERIOSTEWON.

SMITH *A&. SQC. Linn. Lond.* 4. *p.* 22T.

Cal. parvus, monophyllus, urceolatus, quinquepartitus, inferusj laciniae ovatx, obtufe, eredlx, margine ciliatx, perfiftentes. Cor. calyce multo major, pentipetala; petalis ovatis, obtufis, pubefcentibus, infra ovarium in angulo calycis infertis. Stamr 10. pecalis breviora; iilamentis linearibus, figmoideo-curvatis , compreilis, infra ovarium ubi petala infertis 5 antheris ovatis, ereclis, fetula ad curvaturam filamentorum fuperiorem affixis, bilocularibus. Ovar. fuperum, pentagonumj ftylus (implex, pubefcens, e bafi ovarii affurgens, longitudine ilaminum; fligma capitatum. Cocculi f. corticati, bafi coaliti. Sem. in quovis loculo gemina (akero autem plerumque abortiente), umbilico exferto prxdita. Alb. carnofum. Emb. inverAis, curvatus, tcres.

ERIOSTEMON laiiceoJaturti. Tab. aio. fig. &

*Eriqftemon folih fonceolatis fubntgofis.* SMITH 1. c. PERSOON *fym i. p. 465.* jf £ colledtione BankGana.

PER. Capfula fupera, calyce perfiflente veftita, ex cocculis quinque corticatis ad bafin inter fe coalitis compofita. Cortex coriaceus, fubovatus, ad api. cem oblique truncatus , compteiilufculus, rufefcens, extus fcrobicuJato pundtatus, intus vafis ad latu's internum adfcendentibus eleganter pidus. Cocculi fubovati, compreffiufculi, furfum attenuati, deorfum acuminati, ad ventrem foramine ovato hiantes, albi.

REC. nullum; nifi umbilicum appendiculatum e cocculis prominulum & in proprio leflulo corticis fitum fumas,

StM. in ovariis virgineis bina, rariifime tamen maturantia, altero enim frequentiflime abortivoi matitfans reniformes ad hilum planiufculum, nitidum, atro-fufcum , umbilicatunh

*Umbilicus* appendiculatus, hilo feminis adnatus, fungofus, oblongus, apice truncatus emarginatus 1« bicufpitatus, intus longitudinaliter fulcatus, pallidus.

INT. duplex: *exterius* teftaceum, fragiles crafliufculum, fufcum; *intcrius* membranaceum, tenuiffimum 1. arachnoideum, facile Jetraheadum.

• ALB. femini conforme, ad apicem comprefliufculum, cariiofum, album.

EMB. longitudine fere albuminis, curvatus, filiformis, teres, inverfus, ladleus.[1] *Cotyl.* tertiam embryonis partem ^agitudine mentientes, arcuatx, piano* convexae, apice cou^f acuminatseffncumbentes. *Rad.* longa, vix clavata, arcuata, obtufa»ab umbilico remota, fupera.

### EXPtlCATIO FIGURE

4.) (^fula integra, non dehifcens. b.) Eadem dehifcens, cocculis & feminibus orbata. ft.) Ejusdem feftio transverialis. d.) Corticis facies interna. e.) Cocculus feparatus, non dehifcens. f. g.) Idem dehifcens, a ventre & a dorfo fpe&atus. h.) Seminis fitus intra coccii-4um, cortice adhuc vcftitum. i.) Semen folitariuin, feparatum. k.) Semina gemina, matura. ]. m.) Umbilicus feparatits, a facie interna & externa vifus. n.) Albuminis fitus intra tcftam, 0.) Semen ttansverfe fcftum* P.) Embryonis fitus intra albumen* Q.) Idem feparatus*

## 119. C 0 R R E A.

SMITH *Ad. Soc. Linn. Land** 4* p. **219.** Mazeutoxeron.

LA BILLARD. *it. t.* 17 & 18.

**Cal.** monophyllus, cupulatus, quadridentatus, infer us 5 perfiftens. Cor. tubu« lofa,

lofa, tubo longo , infundibuliformi, fubintegro , bafi quadrivariam fiflb, calyci infertoj fiffuris in tubo itsrum adglutinatisj limbo quadrifido; laciniis ovatis, acutis, patentiufculis. Stam. 8. i filamentis tubam fuperantibus, imo calyci cum corolla infertis, alternis longionbus linearibus, alternis paulo brevioribus ad bafin membranaceis dila.tatis; antheris mitrseformibus, cordatis, 1. oblongo-cordatis, mcumbentibus, bilocularibus Ovr/r. fuperum, pubefcens, tetragonum > tiylo fimplici, fecaceo, Itaminibus paulo breviore; (Hgmate fimplici, acuta. Capf. coriacea , fubquadnloba, quadri* locularis, tetracocca. Sem. gemina, reniformia. Alb. . . . Emb, . . .

CORREA reflexa,

Corrcarufa. in Icone Tab. aio. fig. 7,

*Mazeutoxeron reflexnm* La* BILLARD. *Voy% a la rccb. de la Peyroufi 2. p. iu /. /j?.*

*Correa foliis ovatis refexis, corollis cylindricis.* VENT. *hort. malm. p. 13.* PtRsooN *fyiu J. p. 419.*

A Cel.-LA BILLARDIERE,

PER. Capfijla fubglobofa* a calyce fupra medium arcfle amplexata, villo(Ji> furlum femiquadnloba, f. ex quatuor cocculis corticatis coadunatis conflata. Cortex conaceus, ab apice intus cum cocculis dehifcens, bafi calyci arfte adnatus. Cocculi chartacei, lutefcentes, difpermi, per abortum vero plerumque monofpermi,

REC. *commune* nullum; *proprium* fdlKcuius umbilicalis brevis,

SEM. in unoquoque coccuio ante maturitatem geiRna, quorum vero alterum ut plurimum abortat, hinc ranifime in coccuio fingulo uno plura, quod e reniformi oblongum, ad hilum umbilico inllrudum, fufcum.

INT. duplex: *exterim* teftaceum, fragile; *interim* piembran^ceum, tenue, albu* mini adnatum.

ALB. femini conforms, carnofum, alburn^

EMB. • • •

EXPLICATIO FIGURE.

a.) Capfula integra. b.) Eadem dehifcens. c.) Cocculus fcpnratus dehifcens, cum fetnine ill fitu. d.) Idem a dorfo vifus. e.) Semiaa foluta. F.) Tcfta vcaicali modo diffefta. G.) Ejusdem fc^iio transverfalis.

u* i2o,B0R0.

# 120. B 0 R 0 N I A.

SMITH *Ad. Soc. Linn, Lond. Vol. 2. ]u* **350.**

Cal. parvus, quadrifidus, inferus, perfiftens: laciniis ovato-acuminatis, patentibus. Cor. tetrapetalaj petalis calyce multo majoribus, ovatis, concavis, apice obtufe mucronatis, perfiftentibus, & cum frudu grandefcentibus, Ne&arium coronatum. Stara. 4.5 filamentis ciliatis, incurvis; antheris infra apicem filamentorum pedicellatis. Ovar. fuperum; ftylo breviffinto; ftigmate capitate Capf. quadriloba, tetracocca5 cocculis corticatis, difpermis. Sem. fubovata. Alb. carnofum, Emb. eredus, oblongus.

BORONIA polygalaefolia. Tab. **211.** fig. 1.

Habitat in Nova Hollandia. Ex colledione Cl. LAMBERT.

**PIR.** Capfula parva, calyci perfiftenti infiftens & petalis grandefadlis involucrata, obovata, quadriloba, ex quatuor cocculis corticatis coadunatis conflata, rufefcens. Cortex coriaceus, obovato - oblongus, lenticularicompreffus, apice mucronulatus. Cocculi compreffiufculi, obovati, papyracei, lutefcentes, difpermi.

**REC.** *commune* nullum : cocculi fundo & centro calycis adnati; *proprium,* funiculus umbilicalis communis per hilum cocculorum intrans, femina fibi impofita in fitu eredo fuftinet.

SEM. in quovis loculo gemina (nonunquam vero unum 1. alterum abortat,) fubglobofa, 1. turgide lenticulariaa^baH ad umbilicum mucronulata, & ad ventrem apicem **uf^jp** fulco acuto infignita, eminentiis minimis fcabriutcula, fufca.

**INT.** duplex: *exterius* teftaceum, fragile; *interifa* membranaceum, tenue, adnatum.

**ALB.** femini conforme, ad bafin uti femina ipfa mucronulatum 5 carnofum, album.

**EMB.** obovato . oblongus , centralis, eredus, longitudine fere albuminis, albus. *Cotyl.* redtoe, ovatx, piano - convex^e. *Rad.* cotyledonibus paulo brevior , reda 5 teretiufcula , conica , mucronulata, umbilico externo obverfa, infera.

### EXPLICATIO FIGURE.

**a. a.) Ramulus frugiFer. B.) Capfula feparata, dchifcens, calyce & corolla perfiftentibus veftita. C.) Cocculus integer, cum cortice. 0.) Cocculi dehifcentis, a cortice liberati, facies interna. e. E.) Semina gemina, a cocculo foluta. F.) Semen feparatum, a parte ventrali fpedatum. G.) Ejusdem feftio transverfalis. H.) Embryonis fitus intra albumen. I.) Idem folutus.**

121. EM-

## 121. EMPLEURUM. Sorand.

LAMABCK *ill. gen. t.* 86. Juss. *gen.* p. 298.

SCHKEB. *gen.* 1765.

Flores mafculi a foemineis difcreti in eadem ftirpe.

Cal. parvus, turbinatus, inaequalis, fcrobiculato-glandulofus, quadridentatus, inferus, perGftens. Cor. o. Stam. 4. exferta; filamentis fubulatis, calycem fuperantibus; antheris magnis, eredtis, fubtetragonis, apice glandulofis, utrinque dehifcentibus. Ovar. fuperum, roftratumj ftylo brevi, fimplici, laterali; ftigmate fimplici. Folliculus oblongus, roftratus, monococcus; cocculo (per abortum feminis alterius) monofpermo. Sem. ex oblongo renis forme, nitidum. Alb. carnofum. Emb. iiiverfus, cotyledonibus imparibus, convolutis !

EMPLEURUM ferrulatum. Tab. 211. fig. *21*

*Diofma unicapfularis** LINN. *JuppL p. 155.*

*Diofnta (enfata^ foliis lanceolate* - enfatis crenatis glabris$_f$ capfulis unilocula** *ribus.* THUNB. *prod. p. 43.*

*Empleurum ferrulatum.* LAMARCK *JUS.* a. *p. 340.* AiT. *hort. Kew. 3. p. 340I* WILLD. *fpec. pi T. 4. P. 1. p. 333.*

Ex Colledione Bankfiana, & ab amiciffimo D$^{no}$ DECANDOLLE.

PER. Cocculus fimplex, (rariffime geminus, AIT.) calyci perfiftenti parvo infidens, ovato-oblongus, comprelliufculus, prope verticem in roftrum compreflum lateralem elongatus, corticatus. Cortex folliculiformis, coriaceus, fcrobiculato-pundatu^ad ventrem fub vertice dehifcens. Cocculus chartaceus, ex oblongo reniformis, loculamento corticis paulo brevior, compreffiufculus 1. lenticulari - convexus, ad ventrem hilo longo feneftrato notatus, naturaliter difpermus, per abortum vero feminis alterius frequentiflime monofpermus, lutefcens.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, e bafi capfulx aflurgens & per hilum cocculorum intrans, femina in fitu fuftinet.

SEM. gemina, unum alteri impoGtum, quae vero ambo rariffime ad maturitatem perveniunt, altero enim plerumque abortante; maturum exinde ob* longo - reniforme , compreffiufculum, lenticulari - convexum, umbilico exferto & ex hilo cocculi prominulo pallido inGgnitum, laevigatiffimum, nitidum, atrum.

INT. duplex: *exterius* teftaceum, fragiles *interim* membranaceum, tenuifllmum, adnatum.

ALB. femini conforme, tenue, carnofum, album.

EMB.

EMB, compreffiurculus, oblongus, centralis, inverfus, albus. *CotyL* oblongx, carnofc, fpiniliter convolute, inxqualesj alters re&iufcula, obfufaj altera an^uftiore & breviore, c*rcum majorem voluta. RaJ.parva, brevis, ob* tufa, timbilico externo proxima, iupera.

## EXPLICATIO FIGURE.

a, b.) CapfuU Integra, c.) Eadem dehifcens. d.) Corticis fedio transverfalis. c.) Cocculi non deliifcentis fitus intra eorticem. f.) Cocculus fecundum fnturarn fittits, cum fcminibus in fitu. k.) Umbilicus feparatus, cum funiculo umbilicali. g.) Semen medio transverfe difibchim. h.) Ejusdem fedip vertical's, cum embryonis fitu intra albumen. I.) Embryo folutus, ab utraque parte vifus.

Nonnifi unicum lemen hujus ftirpis mihi diflecare licuit; alii itaque inqui* rant, num fingularis embryonis fitus atque forma, a reliquis ejusdem ordinis getieribus quarn max;me diicrepans, fecundum naturam Temper *fiQ* fe h ^eat.

## 122. MELIANTHUS,

TOUBN. *infi.* 245. LINN, *gen.* 795, *e&. Schreb.* 1068* Juss. *gen.* p. 297* LAMARCK *ill. gen. t.* 552.

Cal. magnus, coloratus , quinquefidus, perfillens> laciniis insequalibus, infima minima, deorfum gibba, cucullata, cava, glandulam nedariferam continent te. Cor. pentapetala, quorum quatuor inferi(ji*a lanceolate linearia, extra membranam glanduloe inferta, in medio lateribus connexa, apice vero & bad diftinda; petalum quintum minimum aut his proximum, aut inter duas lacinias calycinas pofitum , margine incifum, Stam. 4.; filamenta duo fuperiora diftindta; duo inferiora autem breviora, bad coalitas antherae cordato-oblongx, incumbenteS. Ovar. fuperum; ftylus (implex, fubulatus, perfi. ftensj ftigma quadnfidum: lacinula fuperiore majore. Capfula quadriloba, membranacea, fubinflata, quadnloculaFis. Rec. o. Sem. in quovis locu* lamento gemina, altero aborcante. Alb. carnofum. Emb, > . •

MELIANTHUS major. Tab. aiu fig. 3,

*Melianthus africanus,* HERM. *Lugdb, 414. t. 4%$.*

*Melianthns ftipulis [olitarlis petiolo adnatis^ foliis glabris.* LlNM. *fpec. pL ed. 3. f. 8$a. Syji. veg. ed. 14. p. 58*. WuiD. fpec. pi. T. 3. P. %. f. 4**.* PER SOON *fyn. pi. 2. p. 181.*

A Cjpl. VENTENAT.

PER,

PER. Capfuia fupera , calycis Jaciniis perGftentibus veftita, ovata/membranacea, fubtiliffime venofa, ad verticem profundiflime incite & fulcis longitudinalibus ad pedunculum decurrentibus infcripta, ftylo perGftente cum axi frticftus corttinuo faftigiata, quadrilocularis, e viiridi rufefcens. Lobi margine compreffi , intus in vertice dehifcentes. Loculamenta inflata, tetragona, difperma. DifTepimenta membranacea, fulcis loborum inferta.

REC» nullum : femina in ipfo loculamentorum angulo interno in medio axi papillulis minimis affix a.

SEZVU in ovario virgineo in quovis loculamento gemina, quorum vero alterum per maturitatem conftanter abortat; foetum femen ovatum, turgidurn, bad umbilico parvo immerfo inGgnitum, glaberrimum, nitidum, atrofufcum*

INT. duplex: *exterius* teftaceum, fragilej *interim* membranaceum, tenue, adnatum.

ALB. femini conforme* carnofum » album.

EMB. . • .

6XPLICATIO FIGURE

a.) Capfuh inttfgta f a calyce denudata. b.) Ejusdem feftio transverfalis, ut fitus femimim ap. pareat. c*) Semina feparata* d. e.) Idem transverfe & verticali modo diſſectum.

Semen maturum mihi nondum videre contigit; in capfulis vero immaturis M. *cotnoji* seque ac *minoris L.* loculamenca femper difperma deprehendi.

## 123. BLADHIA,

THUNB. *nov. gen. 6. ft. jap.* p. 7* SCHBEB* *gen.* 370.
Juss. *gen. p.* 421* LAMARCK *UL gen. t.* 133.

Cal. monophyllus, quinquedentatus, brevis, inferus, perfiftensj lacinlis ovato - acuminatiS) concavis, margine fubferratis* Cor. monopetala, rotata, tubo breviffimo , limbo profundiifime qUinqueparticoj laciniis ovato-acuminatis, patentibus. Stam. f. corolla paulo breviora; filamentis breviffimis, ad infimum tubum infertis* antheris ovato - acuminatis, baG emarginatis, coniventibiil^[1] bilocularibus. Ovar* fuperumj ftylo fimplici, filiformij ftylo fimplici, acuto. Bacca globofa, pulpofa, unilocularis. Rec. o. Sem. unicum bafi umbilicatum. Alb. craffum, fubcartilagineum. Emb* vermicularis, transverfim adfcendens,

BLADHIA japonica. Tab. an. fig. 4*

*Sankits vulgo Jamma Tadfi banna.* &AEMPF. *(Mtoett. WQt% Fafc, $. p. 77$**

Bladhia

*Bladhia foliis fevratis glaWis.* THUNB. *fl. jap. p. $$.* LINN, *fyfi. veg. ed. 14. p. 236.* WILLD. *fpec. pi. T. x. P. 2. p. 1122.*

*Bladhia foliis ternis ferratis gtabris, caule baft decumbente.* PERSOON *fyn. t. p. *33-*

*Icon.* THUNB. ]. c. /. *18.*

Ex collecajone Bankfiana, & a Cl. THUNBERG.

PER. Bacca globofa, depreffiufcula, longe pedunculata, calyci infiftens, ftylo perfiftente fubulato faftigiata, unilocularis* Cuticula tenuis, glabra, coccinea. Caro cralfiufcula, puJpofa. Looulamentum fubglobofum, retufum, membrana propia pulpx adnata veftitum.

REC. nullum: funiculus umbilicalis breviffimus, ex fundo baccse, cui femen adhaeret.

**SEM.** unicum, fubglobofum, loculamento confimile, bad retufum, umbilicaturn j ad verticem vero mucroiie exiguo obtufo infignitum, dilute ferrugineutru

INT. fimplex, membranaceum, tenue, adnatum.

**ALB.** femiai conforme, duriufculum, carnofum, 1. fubcartilagineum, album.

EMB. teretiufculus, ferpentino-flexuofus, transverfe in albumine locatus, fub» alcendens, ladleus. *CotyL* breviffimx, ovatx, obtufte, incumbentes. *Rad.* filiformis, cum cotyledonibus continue, longiffima, oblique deorfum verfus peripheriam feminis & apice obtufo paululum verfus bafin dire&a, ab umbilico remota, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURJ^

**a.) Pars umbellulx frugiFerx. B.) Bacca integra, a bafi vifa. "C.) Ejusdem fe&io transverfalts, fcmine ablato , nt in fundo baccx cicatricula, cui femen affixum eft, appareat. d. D.) Semen folutum, a vertice & a bafi fpeftatum. £.) Albuminis feefcio verticalis, cum fitu *8c* forma embryonis. F.) Embryo folutus.**

Ab Anguillaria, cui proxime accedit, embryone fubafcendente diiFerts hinc Ophiofpermorum (VENT.) ordini aflbcianda eft*

## 124. ARISTOTELIA.

**L'HER 1 T. *ftirp. t.* 16. Ruiz & PA VON *prod. t.* 12. Juss. *gen.* p* 433* SCH^JEB. *gen.* 816. LAMAKCK ///. *gen. t.* 399.**

**Cal. monophyllus, turbinatus, J—1. 6—fidus, inferus; lacing lanceolate, acuts, decidusr, rclido infertionis difco. Cor. pecala f. L 6., obcordata, cum**

cum calycis laciniis alterna, & eodem difco extus inferta, ere&a, 1. conniventia. Stam. if. 1. 18.9 ad quod vis petalum tria, hinc medium ipfi oppofitum; filamenta brevia, eodem loco, quo petala, inferta; antherae eredtae, oblongar, bilorulares, apice poris binis dehifcentes. Ovar. fuperum $ ftyli J., filiformesj ftigmata fimplicia. (Stylus unicus, ftigmate tripartite L'HERJT.) Bacca rotundato - triquetra , puipofa , trilocularis ; loculamentis difpermis. Rec. centrale. Sem. fex, (uno aut pluribus plerumque abortientibus,) offea, angulata, timbilico appendiculato inftrudta. Alb. carnofum. Emb. iavcrfus, rail, brevi, centrifuga.

ARISTOTELIA Maqui. Tab. 211. fig. f.

*Bsanmaria Maqni.* Colledt. Deleffert.

*Arijlotelia foliis ovatis ferratis, fioribus racemofis.* L'HERIT. *Jlirp. 2. p. 21.* iUT. *hort. kevc. 2. p. 146.* WiLLD. *fpec. pi. T. 2. P. 2. p. 851.* PERSOON *Jyn. 2. p. JO.*

Ex dono Cl. VENTENAT, & ex Colledt. Deleffert.

PER. Bacca parva, ovata, 1. globofa, rotundato-triquetra, fulcis tribus obfoletis longitudinalibus exarata , in vertice a ftyli lapfu mucronulata, bafi difco calycino acquali infidens, puipofa, ccxrulea, trilocularis. Pulpa mollis, dulcis, cuticula tenui glabra inclufa, Diffepimenta membranacea, tenuilfima, fuccis baccae obverfa & cum membrana loculamentorum continua.

REC. in axi baccsc afcendens, trigonum, cum diflepimentis conferruminatunit prope centrum baccse in tres ramos brevidimos divifum, quorum papillulis femina umbilicis adhaerent.

SEM, in quovis loculo ge^iina, adeoque in tota bacca fex, quorum vero plerumque unum l.'*plura aboitant, iucumbentia, angulata, in dorfo convexa, ad angulum internum umbilico appendicuhto pallidiore infignita, oflea , centripeta , f ufca.

INT. duplex: *exterius* offeum, crafliufculum , ad angulum internum pro introitu vaforum umbilicalium poro inftructum, intus g'JaberrinHim; *interim* membranaceum , tenue, fpadiceum, ad bafin *chalaza* orbiculari fufca infignicum, decrahendum.

ALB. cavitat^fcteft« replens, obcordatum , comprefliufculum5 lenticulari-convexum ,^Rrnofum, ad peripheriam dilute ferrugineum, in centro vero album.

EMB. ellipticus, albumine paulo brevior, inverfus, la&eus. *Cotyl* elliptic^, foliaceae, longitudinaliter undulato-plicatae, 1. fulco intermedio infcriptae. *Rad.* brevis, teretiufcula, conice acuminata, umbilico externo e diametro contraria, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURE.

a.) Bacca Integra- *>•) Ejusdem fe&io transvcrfalis. c.) Eadem longitiulinaliter aperta, cum fitu feminum & receptacuii. d. D.) Semina foiuta. F.) Tefta longiturfinaliter dilTefta. F.) Nucleus feparatus, ab utraque parte vifus, cum chalaza ad bafin. G.) Albumen transverfc fe&ura. H.) Ejusdem fe&io longitudinalis, cum embryone in fitu. I.) Embryo folutus.

Cum Grewia affinitatem habere, atque ita Tiliis adnumeranda efle videtur,

Semina oflea Ariftoteliae redius forfan pyrenae nuncupanda funt, non obflame umbilico exlerto.

## 125. MICHAUXIA,

L'HERIT. *monogr.* AIT. *hort hew.* 2. p. 8* SCHREB. *gen.* 1769. LAMABCK *ill. gen. t.* 295. Mindium. ADAKS. *fam.* p. 134. Juss. *gen.* p. 164.

Cal. fuperus, 8.1. 16. fidus, perfiftens. Cor. monopetala, rotata; tubus bre* •vidimus-, limbus odofidus, calyce major: laciniis patentiffimis, apice revolutis. Stam. 8»•> filamenta brevia, fubulata, ovario adnata, bafi in membranam conniventem cordatam dilatata -y antherae longiffimac, lineares, eredae, ftylo adpreflfe, Ovar. inferumj ftylus itaminibus longior, cylindraceus, furfum pubefcensj ftigma odlo-partitum : laciniis fubulatis, revolutis. Capf. inverfe conica coriacea, odlo - coltata, odlo-locularis. Rec. fungofa, ex angulo loculamentorum prodeuntia. Semina numerofa. Alb, carnofum. Emb. oblongus, rad. centnpeta.

MICHAUXIA lgevigata. Tab. 211. fig. 6.

*Michauxia foliis radicalibus ovatis ferratis, caulims oblongath feniiamplexicanlibusy caule laevi glaUirimo.* VENT. *hort. celf. p. 81.* PERSOON *fyn. 1. p. 418.*

Ex horto Celfeano.

PER. Capfula coriacea, inverfe pyramidata, truncata, in vdQRe filamentorum reliquiis radiatim conniventibus crifpata, calycis laciniis perfiftentibus revolutis fpinofisque cindla, odogona 1. potius odo-coftata, & fulcis profundis cum collis alternantibus exarata: coltis incraflatis, rotundatis, intus fubltantia nivea repletisj caeterum glabra » fpadicea, 1. ferruginea, odlolocularis. Diflepimenta membranacea, fulcis externis inferta. Loculamema angulaca, cuneiformia, ad vertices dehifceiuia?

REC.

**REC.** ad medium axem in ipfo loculamentorum angulo pedunculo brevi radicata, ovata, deorfum proceflu minore rotundato aufia, intra loculamenta libere prominula, comprefliufcula, fcrobiculato-puntfata, fungofa,

**SEM.** numerofa, parva, oblonga, 1. ovata, utrinque acuminata, angulata, ab adjacentibus curvata & comprefliufcula, fpadicea, 1. dilute ferruginea, ad umbilicum colore obfcuriore tinda.

**INT-** Gmplex, crultaceum, difficuher feparandum.

**ALB.** femini conforme, carnofum, album.

**EMB.** tereti-oblongus, albumiiie brevior, redus, centralis, eredtus, molliut culus, & fere medullaris. *Cotyl.* breviflimx, obtufae. *Rad.* longa, tereti-oblonga, obtufa, umbilico externo obverfa, centripeta.

### EXPLICATIO FIGURE.

a.) Capfula integra. b.) Eadem transverfe diflfeda, cum forma ac fitu locnlatncntorum & receptaciilorum. c.) Receptaculuin fingnlum feparatum. d. D.) Semina foluta. E.J Albumea transverfe feftum. F.) Ejusdem fe&io longitudinaiis, cum fitu & forma Embryonis.

In capfulis bene maturis nullibi dehifcentiae locum detegere valui.

## 126. CANARINA,

LINN. *mant.* p. 148. *gen. ed. Schreb.* 603. Juss. *gen.* p. 164.

LAMABCX ///. *gen.* t. 159.

Cal. fuperus, fexfidus: laciniis lanceolatis, intus albido-pruinatis, trinerviis, perllftentibus. Cor. campanulata j tubo longo, furfum ampliato, ftriato, ovario prope calycem inferto ; limbo fexpartito : laciniis ovato-acuminatis, patentibus. Stam. 6.; filamenta prope corollae tubum ovario inferta, e lata bafi mox anguftata, inflexa, linearia; antherx eredae, ovato-oblongac, medio fulcatae, in tubum ftigma occultantem connanc, biloculares. Ovar. inferum j ftylo fimplici columnari, cylindraceo*, ftigmate craflb, clavato, obtufo, fex-coftato, pubefcente. Capf. inverfe pyramidata, hexagona f fexlocularfib Rec. 12., in fingulo loculo gemina, parva, membranacea, ad utrumque latus diflepimeiuorum. Sem, numerofa » parva. Alb* • . • Emb. • . •

CANARINA campanula. Tab. *zi* 1. fig. 7.

*Campanula canaricnfis regia f. Afedium radice tuberofa, foliis finuatis caefiis atriplicis aeimdis ternis circum caidem ambientibus, fiorc amplo pcndulo* CQIQ-*re Jiammeo rutilante.* PLUKN. *aim.* 76. *t.* 276. *f.* x

 Campa-

*Campanula foliis hajlatis dentatis, cattle determinate foliofo.* LlNN« *hort. cliff* p. 65. t. 8.*

*Campanula (canarienfis,) capfulis fex^f ocularibus9 foliis oppofttis hajlatis dentatis petio/atis.* LlNN. *fpec. pL p. 238.*

*Camxfina.* LINN, *fuppl.j. 225. Syji. veg. el 14. p. 344.* WILLD. *fpec. pL* r. *2. P. 1. p. 241.* PERSOON *fyn. x. p. 392.*

Ex horto regio Kewenfi.

**PER.** Capfula infera, laciniis calycinis lanceolatis coronata, ad verticem retufa, obovata, 1. inverfe pyramidata , hexagona, ad angulos rotundato-coftata, inter angulos fulcata, coriacea, fexlocularis; loculamentis aci verticem capfulae dehifcentibus. Diflepimenta membranacea, fulcis externis inferta, fubintegra 1. ad verticem capfiilse in ipfius axi emarginata & apice deftituta, ut loculamenta omnia inter fe communicent.

REC. in quovis loculamento gemina, ad utrumque ]atus diflepimentorum Tub emarginatione radice angutta inferta, lobata ]. obovata , membranacea, fcrobiculato-pundata, intra loculamenta libere pendentia, quibus femina undique adhaerent.

SEM. numerofa, parva, angulata.

**INT.** . . . **ALB.** • • • EMB. . . .

. **EXPLICATIO FIGURE.**

**a.) Flos integer, nondum explicatus. b.) Idem, ablatis tribus calycis laciniis, lit infifrtio corollae appareat. c.) Stamimun infertio atque fitus. D.) Stylus, cum ftigmate. e.) Capfula mcdio transverfe difTeda. f.) Ejusdem fedlio longitiulinalis, cum fitu & forma receptaculomm.**

## 127. G O O D E N I A,

SMITH *Act. Soc. Linn. Ijond, i.* p. 346.

Cal. monophyllus, fuperus , angulatus, quijiquepartitus: laciniis linearibus, patendbus, perfittent/tus. Cor. monopetala, irregularis, bilabiata j tubo brevi; labio fuperiore bipartito» reflexo: inferiore **tripartica:** laciniis omnibus margine undulatis. Scam. ?•, filamentis fetaceis, arcuacis, inter lacinias labii fuperioris prominulis; antheris adnatis, linearibus, apice pubet centibus. Ovar. inferum ; ftylo fimplici, arcuaco, longitudine ftaminum; ftigmate urceolato, ciliato. Capf. fiiiquaformis, calyce coronata, bilocularis, bivalvis: diflepimentum valvis parallelum. Rec. o. Sem. erefta, ova-u, compreffiufcula. Alb* carnofum. Emb. oblongus, ereilus.

**GOODENIA ovata. Tab. a n . fig. 8.**

*Goo**

*Goodenia foliis ovatis dentictdato • ferratis glahris* 5 *pedtincnlis trijloris , Jru3u linear?.* SMITH 1. c. *p. 347.* WiLLD. *fpec. pi T. x. P. a. p. 954.* PERSOON *fyn. 1. p. 195.*

*Icon.* ANDREW, *repof. t. 68.* VENT. *bort. celf. t. 3.*

Ex colledione Cl. DESFONTAINES , & a Cl. VENTENAT.

**PER. Capfula oblonga, elongata, fi'iquaeformis, coriacea, calyce perfiftente coronata, a feminum protuberantiis nodulofa, fulcis quinque elevatis, a calycis laciniis fubulatis prodeuntibus & ad pedunculum ufque decurrentibus longitudinaliter ftriata, pedunculata, pallidc ferruginea, longitudinaliter dehifcens, bilocularis, bivalvis. Diffepimentum membranaceum, a feminum impieffionibiis undulatum, ad apicem lunulato- emarginatum 1. bicufpitfatum , nervo intermedio a bafi ad apicem ufque adfccndente infignitum , valvis parallelum.**

**REC. nullum: femina umbilicis fuis papillulis minimis, a nervb intermedio diffepimenti derivatis, adherent***

**SEM. pauca , 5[1] 1. 7. in quovis loculamento, parva, ereda, bafi truncata I. emarginata 5 hinc convexa, medio fulcata; inde pJaniufcula , margine membranaceo angudilfimo cindla, ad bafin umbilico minimo inftrudta, ftraminea, 1. pallida.**

**I2?T. duplex: *exterius* cruftaceum, fragile, quafi in duas valvulas fecundum marginem facile partibile; *interitis* fimplicillimum, adnatum.**

**ALB. femini conforme, piano-convexum, carnofum, album.**

**EMB. eredtus, oblongus, 'compreffiufculus, redlus, niveus. *Cotyl* dimidio embryone paulo breviores, ovato- oblongae* piano convexiufculce, redhc, incumbentes. *Rad.* cotyledombus paulo anguftior, compreffiufcula, teretiufcula, ubilico bbverfa, infera.**

### EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capfula inte^ra , non ctehifccns. b.) EaHem ab aplce dthifcens 5 cum fltu difTepimenti. C.) Ejusdeni feftio transverfalis. d.) Valvula altera feparata , cum femi/nbus in **fltu.** e.) Diffepimcntuin folutum. f. F.) Semina feparata. G.) Albumen transvcrfe diffeftum. H.) Ejusdem fe&io longitudinalis, cum embryone in fitu. I.) Embryo folutus.

**Nova hujus generis fpecies, *intermedia* , in vaftiffima colledione Bankfiana proftat, eadem frudus fabrica gaudens, fed omnibus partibus minor; hinc valde dubito, num G. *bellidifolia,* cui capfulam quadrivalvem tribuit Cel. SMITH, vere hujus congener fit.**

# 128. R 0 U S S E A.

SMITH *ic. ined. U 6.* LAMARCK *ill. gen. t.* 75.

Calyx (quadri - SMITH 1.) quinquefidus, coriaceus, perfiftens; laciniis lanceolatis, patentibus. Cor. fubcampanulata ; tubo bievi, fubglobofo, inflato, furfum vero paululum coardato; limbo (4.-I.) quinque-partito: laciniis acutis, reflexis. Stam. (4.1.) f., filamenta corollam multo fuperantia, erefla, conniventia, compreffa, verfus apicem anguftata > (ovario inferta?) antherx redae, fagitutse. Ovar. fuperum, attenuatum in ftylum fimplicem longitudine ftaminum (tetra-1.) pentagonum perfiftentem > ftigmate fimplici, truncato, concavo, ftellato. Bacca ovato- pyramidata, in ftylum perfiftentern attenuata, (tetra-1.) pentagona, (quadri -1.) quinquelocularis, Rec, . carnofa. Sem. numerofa* Alb. carnofum. Emb. . . »

ROUSSEA **fimplex.** Tab. 212. fig. I,

*Roujfea.* WILLD. */pec. pi. T. 1. P. x. p. 607,* PERSOON *fyn. 1. p. 130.*

*Icon.* SMITH. 1. c.

PER. Bacca fupera, grandiufcula, bad cum calyce perfiftente arde conferruminata, ovato - pyramidata, in ftylum craffiufculum , uti bacca ipfa, (tetra-1.) pentagonum attenuata, carnofa, intus pulpofa; latera leviter concava, ad bafin baccse immerfa & macula triangulari (a filamentorum lapfu?) infignita; anguli vero acuti, cum laciniis calycinis alterni, deor* fum in caruuculas craflàs triangulares bad cohserentes dilatati j C3eteruni glabra, (quadri-1.) quinquelocularis. Caro crafliufcula, firma. Diflepimenta carnofo - membranacea, hinc in axem frudus confluentia, indc lateribus baccae inferta. Pulpa mollis, femina obvolvens.

R E C ovato - oblonga, angulata, dorfo craffiflima & medio longitudinaliter O^rinata, inde anguftiora & fulco profundo latoque exarata, cui lamina intermedia longitudinalis inferta, cujus ope receptacula angulo loculamentorum interno affixa funt, fungofa, pundato - fcrobiculata.

SEM. numerofa, parva, cordato- ovata, umbilico minimo inftruda, lenticulari-compreffiufcula, margine paulum incraflata, centripeta, ftraminea, 1. pallide ferruginea.

INT. duplex; *exterins* coriaceum, crafliufculum; *interim* membranaceum,' tenue.

ALB. femini conforms, carnofum, album.

EMB. . . .

## EXPLICATIO FIGURE.

a.) Bacca Integra, b.) Eadem medio transvcrfe difTe&a. c. C.) Semina feparata. D.) Albumen transverfe ledum. E.) Ejusdem fcdio lojigitudinalis,

Cl.

Cl. SMITH l. c. numerum partium obfervavit quaternarium, egomet ilium inveni quinariums quinam vero ufitatior fit, nondum conftat.

Quamvis in plurimis feminibus, quae diflecui, ne minimum embryonis veftigium invenerim, ob frudum tamen baccatum & totam ejus fabricam noti ad Campanularum ordinem (uti vult Cl. JUSSIEU *Diar. hiji. nat. muf. parif. V.* 5. *p. 446.)* fed ad Solanaceas plantas fpedlare videtur haec ftirps.

## 129. BRUNFELSIA.

PLUM. *gen. t.* 22. LINN, *gen.* 260. *ed. Schreb.* 1013. Juss. *gen.* p. 127* LAMAB ex *ill. gen. t.* 548*

**Cal.** monoptfyllus, campanulatus, quinquedentatus, brevis, perfiftens. **Cor.** monopetala, infundibuliformis» tubulofa; tubo longiflimo, cylfndraceo, fubincurvo ; limbo patente, obliquo , quinquepartito : laciniis fubsequalibus, obtufis. Stam. 4. didynama; filamenta ad bafin tubi infertaj antherae exfertac, incumbentes. Ovar. fuperum 5 ftylo fimplici, longitudine tubi; ftigmate craifo. Capfula globofa , corticata, bivalvis. Rec. centrale, baccatum. Sem. plurima, peripherica. Alb. carnofum. Emb. falcatus.

BRUNFELSIA americana. Tab. 212. fig. 2.

*Brunfelfia flore albo, fnt&u croceo molli.* PLUM. *ic. t. 65.*

*Brunfelfia.* LINN. *[pec. pi. p . 276^ Syjt. veg. ed. 14. p . 231.*

*Brunfelfia foliis elliptkis acuminatis petiolis longioribus ,• corollis tubo ere3o9 limbo integro.* SWARZ *prod. p. <)Q.* WILLD. *[pec. T. 3. P. 1. p. 26$.* PERSOON *fyn. 2. p. 168+*

Ex colledlione Cl. DESFONTAINES.

PER. Capfula globofa, deprefliufcula, pollicem transverfum crafla, in vertice obtufe mucronulata, & intra mucronem umbilicata, calyci perfiftenti per maturitatem inaequali infiftens, fubbaccata, duplicata, aurantia, bilocularis, bivalvis. Lamina *exterior* craflior, coriaceo-carnofa, interiori ardte adglutinata} *interior* paulo tenuior, chartacea, firma, intus lævigata. Diflepimentum anguftiffimum, membranaceo- carnofum, a receptaculo ad valvularum futuram produdtum, & cum his parallelum.

REC. baccatum, centrale, crafle & breviffime .pedunculatum, globofum, carnofum, ficcitate autem in produdiones favofas membranaceas degenerans, femina in fuperficie ardle approximata gerens.

SEM. plurima, 30 — ^6. in quovis loculamento, rotundato-angulata, 1. hinc convexa, inde cuneata, & prope bafin umbilico minimo inftrufla, ſica-

INT.

**INT.** duplex: *cxtcrius* cruftaceum, crafflufculum, fragile, glabrum; *interim* membranaceum, dilute ferrugineum, facile detrahendum.

**ALB.** femini conforme, carnofum , album.

EMB. albumine paulo brevior, tereti-oblongus , ad dorfum feminis falcatus. *Cotyl.* breves, obtufc, redx, incumbentes. *Rad.* teretiufcula, longa, falcata, umbilico obverfa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURJE.

**a. b.) Capfula integra, a vertice & a bafi fpe&ata. b.) Eadem, valvula altera ablata, ut femf* nuni fitus ftipra albumen vifni pateat. d.) Ejusdem & reçeptaculi fe&io transvcrfalis. e.) Sc ihina feparata. F.) Idem magnitudinc au&um. G.) Seminis fedlio transyerfalis. H.) Embryo^ nis (itus intra albumen. I.) Idem folutus,**

Capfula Crocum valde jredoletr

# 130. B0NTIA.

## PLUM:, *gen. t.* 23. LINN. *gen.* 791. *ed. Sckreb. 1062** Juss. *gen.* p. 127. LAMARCK *ill. gen. t.* 546.

**Cal.** monophyllus, inferus , quinquepartitus; laciniis ovatis, acuminatis, perfiftentibus. Cor. monopetala, tubulofa , calyce multo longior, inxqualis, bilabiata; labio fuperiore ereclo, emarginato : inferiore revoluto, femitrifido, hirfuto. Stam. 4. didynama; filamenta fubulata, longitudine corollx 5 anthers eredac. Ovar. fuperum ; ftylo filiformi, longitudine ftaminumj ftigmate obtufo, bilobo. Drupa ovata , baccataj putamine bilogulari: loculamenris bipartitis, tetrafpermis, Sem. oblonga. Alb. carn6fum. Emb. inverfus.

BoNTiA#daphnoides. Tab. *211.* fig. J.

*Oka fylvejtris barbadenfis, folio angujto pingui leviter crenato.* PLUKN. *aim. 269. t. 209. f. 2.*

*Bontia lanreolae facie.* DlLL. *hprt. elth. p. 57. t. 49. f.* 57.

*Bontia foliis lanceolatis alternis, pedunculis uniflorh.* LlNN. *fpec. pi. p. 890.* WILLD. *fpec. pi. T. 3. P. u p. 394-* PEKSOON *fyu. 2. p. 168.*

Ex Infula Hifpaniola, a D$^{no}$ POITEAU.

PER. Drupa baccata, ovatai furfum acutninata; calyci perfiftenti pedunculo longidimo fuiFulto infidens, ftylo longo filiformi faftigiata, a vertice fulcis quatuor ad mediam drupam deliquefcentibus exarata , glabra, Caro pec maruritatem fuberofa , cralfiufcula, ficca , pallida , leviter aromatica, suticuia tenui laevigata tedla. Putamen offeum, irregularicer ellipticum, rotua*

rotundato - tetragomim, Tula's duobus obfoletis pppofitis longitudinaliter exfculptum, era flu m , fcabrum, & cum cortice intime conferruminatum, biloculare. Loculamenta duo , fubftantia oflea crafla interpofita inter fe remota; feminibus quaxernis, offeis, inter fe & putamini adglutinatis, per paria imbricatis, & medio canali triangulari interftindis foeta.

REC. nullum : vafa umbilicalia ad bafin feminum intrant, & nucleum fundo teftae affigunt.

SEM. in quovis loculo quaterna, duo autem plerumque abortiva, oflea, ad axim fru&us indinia, eredta, per maturitatem drupse fubftantia oflea inter fe & putamini adglutinata, longe elliptica, bafi incraflata, curvula.

JNT. duplex: *exterjus* ofleum, vix a putamine maturo feparandum; *interim* membranaceum tenue, a bafi per dorfum verticem ufque vafis umbilicalibus ferrugineis & in vertice ipfo in *chalaza* terminatis infignitum , pallidum , facile detrahendum.

ALB. femini conformej vaginale, non admodum craflum, carnofum, album.

EMB. te«"eti - oblongus, leviter recurvus, inverfus, ladteus. *CotyL* craffiufculse, curvulx, dimidio embryone vix longiores, leviter undulato -plicatac, apice incraflatse, obtufe, incumbentes. *Rad.* terps, redtiufcula, obtufa, ^adfcenden?, umbliico externo contraria, fiipera.

*

EXPL1CATIO FIGURE.

a.) Drupa integra, ftylo dcftituta. b.) Eadem cum putamine vcrticali modo dHTeda. c.) Ejuidem fedtio transverfalis, cum fitu loculamentorum atque feminum. d. D.) Nucleus folutus, cum chalaza ad apicem. E.) Albumen transverfe diftè&um. F.) £ju"sdem fedlio longitutlinalis ^ cum embryone in fitu. G.) Embryo folutus.

JBONTIA minor, ibid.

Ex colledione Cl. DESFONTAINES.

Drupa (a.) ovata, hinc ftylo longiflimo fubulato-filiformi bafi nodulofo faftigiata, inde calyci infidens, obfoletifllme rotundato- tetragona. Putamen (b.) carni fuberofie ficcae adnatum, biloculare. Sem. ut in priore. Nucleus (c. C.) ovato-oblongus, eredus, bafi extrorfum curvatus, ad axim baccae inclinis, pallidus. Int. & Alb. (D.) ut in priore. Emb. (E, F.) tereti-oblongu?, curvulus.

fiaec forfan antecedentis tantum varietas.

## 131. BEURRERIA.

BHOWN *jam. t.* 15./. 2- Ehretia. LINN. *gen.* 257. *ed. Schreb.* **352.** Juss. *gen. p.* 128. LAMAUCK *ill. gen. t.* 96.

**Cal. monophyllus, inferus, bilobus : lobo altcro majore tridentato, altero anguftiore bidentato 5 perfiftens. Cor. monopetala, calyce multo major, tubulofaj tubo cylindraceo; limbo quinquepartito: laciniis acqualibus, plants, obtufis. Stam. f.j filamentis fubulatis, ad medium tubum infertisj antheris ereclis, haftatis. Ovar. fuperumj ttylo fimplici, perfiftente, longitudine ftaminum 5 ftigmate bilobo. Bacca fubglobofa, bafi retufa, tetrapyrena, odo - locularis. Rec. nullum. Sem. oblonga, folitaria. Alb. carnofum , vaginale. Emb. eredlus,- curvulus.**

BEURRERIA **fucculenta. Tab. 212. fig. 4.**

*Mefpilus americana laurifolia glabra, fru&u rubro mucilaginofo.* COMEL. *hurt, amft.* 1. *p.* 153. *t.* ?6.

*Jafminnm periclymeni facie, flore albo, fru&iijlavo rotundo tetrapyreno.* SLOAN *jam.* 169. *hift.* 2. *p.* $6. *t.* 204. *f.* 1.

*Ehretia foliis ovatis integerrimis laevibus, fioribus fubcorymbofis, calycibiis glabris.* LINN. *fpec. pi. p.* 275. *Syfl. veg. ed.* 14. *p.* 230. WILLD. *fpec. pi. T. u P.* 2. *p.* 1078. PERSOON *fyn.* 1. *p.* 167.

*Beurreria arborea foliis ovatis alternis% racemis rarioribus terminalibus.* BROWN *jam. p.* 168. *t.* 15. *f* 2.

*Beurreria (fucculenta}, fruStibus fucculentis, integris.* JACQ. *amer. p.* 44.

Ex Infula Hifpaniola, a D[no] POITEAU.

**PER. Bacca fubgloboft, ftylo perfiftente faftigiata, bafi retufa & calyci perfi* ftenti infidens, obfoletiflime rotundato- tetragona , 1. lulcis levibus quatuor longitudinalibus exarata , pulpofa , aurantia, tetrapyrena. Caro pulpofa, mollis, cuticula laevigata inclufa, tenuis, dulcis, pyrenis adnata, lutefcens. Pyrenae quatuor, ofle^e, hinc convexsc, ex lameliis tenuibus longitudinalibus, per rimas profundas difcriminatis &_pulpa repletis conflatey inde cuneatsc lateribus planiufculis , bafi retufte, biloculares, difpermse. Loculamenta parva , ovato-oblonga , altero ftcpiffime abortivo.**

**REC. nullum: pyrena: arde fibi approximatx, pulpa tenui & vafis nutrienti' bus tenuibus interpofitis jundae ; femina fundo & parti ventrali loculamentorum leviter adhserent.**

**SEM. folitaria, ovato - oblonga , eredia, leviter incurva, utrinque obtufa, Candida.**

**INT. fimplex, membranaceum, tenuiflimum.**

ALB.

**ALB.** femini conforme, non admodum era flu m, vaginale, carnofum, album.

**EMB.** albumine paulo brevior, eretfus, filiformis, falcatus, comprefliufculus, ladeus. *CotyL* tertiam albuminis partem longitudine mentientes, obtufre, leviter undulato- plicate, incumbentes. *Rad,* filiformis, longa, curvuh, infera.

EXPLICATIO FIGURE.

a.) Bacca Integra, b.) Calyx feparatus, a parte interiorc fpeftatus. c.) Bacca vertical! mod* diflecla, cum fitu pyrenarum. d.) Pyrenae folutx. e.) Ejusdem feftio transverfalis, & f.) Eadem fonirjtiuiinaliter difTeils, *cum* fitu & forma loculamentorum. g.) Semen feparaturo. H.) Albumen transverfe fed urn. I,) Embryonis fitus intra albumen. K.) Idem folutus.

## 132. VARRONIA,

BROWN *jam.* f. 13. /. 2. LINN. *gen.* 258- *ed. Schreb.* 353. Juss. *gen. p,* 129. LAMARCK *ill gen. t.* 95.

Cal$_t$ monophyllus, inferus, tubulofus, quinquedentatus, perfiftens. Con monopetala, tubulofa: tubo cylindraceo; limbo quinquepartito, patente. Stam. f.j filamentis fubulatis, tubo corollac fub fauce infertis \ antheris incumbentibus, exfertis. Ovar. fuperum; ltylo fimplici, filiformis fligmatibus quatuor, fetaceis. Drupa ovata, a calyce involucrata, unilocularis. Rec, nullum. Sem. unicum, inverfum. Alb. nullum. Emb. inverfus.

VARRONIA martinigenfis. Tab, 212. fig. f.

*Varronia foliis ovatis acuminath, fpicis oblcmgis.* JACQ. *amer. p. 41.* LlNH, *'fyfl* veS- e^ r4- P- 231* * WILLD. *Jpec. pi. T. 1. P. 2, p. 1080.* PERSOON *fyn. 1. p. 167.*

*Icon.* JACQ. 1. c. *t. 32,*

A Cl. THUNBERG.

**PER.** Drupa parva, ovata, a calyce perfiftente hirto obvolucrata & vercice tantum ex ipfo promiiiula, apice mucronulata, glabra. Caro valde tenuis, putamini adnata. Putamen ovatum, ofleum, crailuifculum, ad latus in vertice canali obliquo pro introitu vaforum umbilicalium perforatum, uniloculare, monofpermum.

**REC,** funiculus umbilicalis candidus, per canalem ad verticem putaminis *iiu* trans, & in integumentum feminis dilatatus.

**SEM.** folitarium, ovatum, in vercice mucronulatum, leviffime ftriatum, inverfum, albicans.

**INT,** (implex, membranaceum• pallid? Tpadiceum,

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, inverſus, albus. *Cotyl.* craſſæ, amygdalino - carnoſæ, longitudinaliter plicatæ & corrugatæ. *Rad.* diſcreta, ovato - acuminata, umbilico externo obverſa, ſupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars ſpicæ frugiferæ. b. B.) Drupa integra, calyce obvolucrata. C.) Eadem, dimidia calycis parte ablati. D.) Ejuſdem ſectio transverſalis, & E.) Eadem longitudinaliter diſſecti, cum ſitu & forma loculamenti. f. F.) Semen ſeparatum. G.) Idem transverſe ſectum. h. H.) Embryo denudatus.

An putamen per abortum uniloculare? an reliquæ ſpecies pluriloculares genere diverſæ?

## 133. CORNUTIA.

PLUM. *gen. t.* 17. LINN. *gen.* 766. *ed. Schreb.* 1028.
Juss. *gen.* p. 107. LAMARCK *ill. gen. t.* 541.
Agnanthus. VAILL. *ad. gall.* 1722.

Cal. monophyllus, parvus quinquedentatus, per maturitatem inæqualis, inferus, perſiſtens. Cor. monopetala, inaequalis, tubuloſa: tubo longo; limbo quadrifido, inæquali. Stam. 4., inæqualia, nonnulla exſerta; filamentis ſubulatis; antheris inclinatis. Ovar. ſuperum; ſtylo bifido; ſtigmatibus craſſiuſculis. Drupa parva, baccata, putamine quadriloculari. Rec. nullum. Sem. ſolitaria. Alb. ſubnullum. Emb. erectus.

CORNUTIA pubeſcens. Tab. 2ij. fig. 1.

Habitat in Inſula Cayenna, ab amiciſſimo D^no DECANDOLLE.

PER. Drupa magnitudine piſi, baccata, obovata, a calyce amplo laxe amplexata. Caro craſſiuſcula, ſucculenta, putamini arcte adnata. Putamen obovatum, baſi bidentatum, ad verticem punctis excavatis reticulato-ſcrobiculatum, deorſum vero ſulcis longitudinalibus exſculptum, a baſi fere ad verticem uſque per axem canali ſubulato perforatum, oſſeum, quadriloculare. Loculamenta obovato - oblonga, cuneiformia, uno l. duobus ſæpius obliterantibus.

REC. nullum: vaſa umbilicalia, in axi putaminis adſcendentia, ſeminum umbilicos adeunt, & ipſa in ſitu erecto ſuſtinent.

SEM. ſolitaria, obovato - oblonga, rotundato - angulata, l. verſus ventrem cuneata, ad ventrem rima levi umbilicali inſignita, pallida, l. albicantia.

INT.

INT. (Implex, membranaceum, ad verticem *cbalaza* minima ferruginea in, fignitum, cacterum pallide fpadiceum, intus carnofum.

ALB, nullum: praeter laminam carnofam, craffiu(culam, cum integumento firmiore intime conferruminatam.

EMB. obovatus, femini conformis, fed paulo brevior, ere&us, albus. *Cotyl.* ovatse, amygdalino-carnofae, piano-con vexae, bafi emarginatac, leviflime curvatae, incumbentes. *Rod.* parva, difcreta, ovata, obtufa, ab umbilico externo averfa, infera.

EXPLICATIO FIGURE.

a.) Pars cymae fmgiferse. b.) Drupa integra, caiyce veftita. c.) Eadem a calyce feparata. d.) Ejusdem feftio verticalis, cum fitu putaminis. £.) Putareen fe para turn. F. 6.) Idem verticaliter & transverfe fe&um, cum fitu feminum & forma loculamentorum. h. H.) Semina feparata, a ventre fpcdata, cum rima umbilicali atque chalaza. I.) Ejusdem feftio transverlklis. K.) Embryo folutus.

CORNUTIA pundlata.- ibid.

*Hqfta coerulea.* JACQ. *hort. Schoenb. I. p. 6o. t. 114. Hoftana.* PERSOON *fyrt. 2. p. X43.*

*Cornutia pyr ami data.* A IT. *hort. Kevr.* 2. *p. 353.*

*Cornutia corymbis axillaribus trichotomis.* WILLD. *fpec. pi. T. 3.* P. *1. p. 333.*

Habitat in Infula St. Lucise. Ex colledlione Bankfiana.

Drupa (a. b.) magnitudine grani piperis, baccata, obovata, calyci planiufculo infidens. Caro (C.) non admodum crafla. Putamen (U.) offeum, obovatum, obfolete tetragonum, rotundato - fcrobiculatum, & fulcis longitudinalibus exfculptum, bail emarginatum, & in axi furfum fupra medium acuminato - perforatum, quadriloculare. Semina (e. E.) ut in priore albicantia. Int, & Alb. (F. G.) a priore noil diverfa. Emb. (H.) ovatus, cochleari-i formis, 1. hinc convexus, inde concavus, eredus, viridulus. *CotyL* fubcarnofk, incumbentes, bail emarginatae. *Rad.* parva, difcreta.

## 134. TAMONEA,

AUBL. *guian. t.* 268. Juss. *gen. p.* 109. LAMARCK *ill. gen. t.* 542* Ghinia. SCHBEB. *gen.* 42.

